

Epreuve écrite

Examen de fin d'études secondaires 2007

Section: Toutes

Branche: LATIN

Numéro d'ordre du candidat

TEXTE CONNU

Hae voces non aliter fugiendae sunt quam illae, quas Ulixes nisi alligatus praetervehini noluit. Idem possunt: abducunt a patria, a parentibus, ab amicis, a virtutibus, et in turpem vitam miseros turpius illidunt. Quanto satius est rectum sequi limitem et eo se perducere, ut ea demum sint tibi jucunda, quae honesta! Quod adsequi poterimus, si scierimus duo esse genera rerum, quae nos aut invitent aut fugent: invitant divitiae, voluptates, forma, ambitio, cetera blanda et adridentia: fugat labor, mors, dolor, ignominia, victus adstrictior. Debemus itaque exerceri ne haec timeamus, ne illa cupiamus. In contrarium pugnemus et ab invitantibus recedamus, adversus potentia concitemur. Non vides quam diversus sit descendantium habitus et ascendentium? Qui per primum eunt, resupinant corpora; qui in arduum, incumbunt.

Sénèque: Lettres à Lucilius; CXXIII,12; 119 mots

TEXTE INCONNU

Sénèque apprend à Lucilius à quels indices ils se rendra compte qu'il n'est pas un sage. Docebo quemadmodum intellegas te non esse sapientem: Sapiens ille plenus est gaudio, hilaris et placidus (placidus:paisible). Nunc ipse te consule: (consulere:consulter) si numquam maestus es, si nulla spes animum tuum futuri exspectatione sollicitat, pervenisti ad humani boni summam (summa:la totalité). Sed si appetis voluptates et undique et omnes, scito (scito: sache/impératif) tantum tibi ex sapientia quantum ex gaudio deesse. Ad hoc cupis pervenire, sed erras, qui inter divitias illuc venturum esse te speras, inter honores. Id est: gaudium inter sollicitudines quaeris. Ista quae sic petis tamquam datura laetitiam ac voluptatem, causae dolorum sunt. Omnes, inquam, tendunt ad gaudium, sed unde stabile magnumque consequantur (consequi:obtenir), ignorant: ille ex conviviis et luxuria, ille ex ambitione et circumfusa clientium turba, aliis ex amica: omnes istos oblectamenta (oblectamentum: le charme) fallacia et brevia decipiunt (decipere:tromper).

Sénèque: Lettres à Lucilius; LIX 14-15; 120 mots